



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

56. Defunduntur aliqui Episcopi Hispani, qui ad bellum perrexerunt contra
Cardinalem Baronium. Et quatuor opponuntur casus, in quibus ipsum jus
naturale dictat, quod Clerici pugnare possunt absque ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

hi plusquam verissimum. Qui enim Sacerdotes, aut vnde milites habere, etque in Castris stipendia soluerent? Non equidem sunt ista Sacerdotum, qui in imis sunt subellii, sed Antistitum, sed Episcoporum, & Abbatum. Et firmat nostram sententiam eamque allatum ex Synodo Sueffionensi memorata; & acutius demonstrabimus in Carolo Caluo. Nollem ego istud tacitus praeterire, quod dixit initio huius capituli Pius Imperator secunda vice, propter ampliore observantiam Apostolica Autoritate, & multorum Sanctorum Episcoporum admonitione instructi, Sanctorumque Canonum Regulis edocti, consulti videlicet omnium Nobilium nostrorum, nosmetipsos corrigentes, posterisque nostris exemplum dantes, volumus, ut nullus Sacerdos in hostem pergat. Duo adnoto: vnum, videri Ludouicum Pium antea illud prohibuisse, nisi quis malit, hoc referri ad caput Sueffionensis Synodi, de quo diximus. Alterum, Imperatorem huiusmodi corruptelam dissimulasse, & aliquando Episcopos, atque Abbates in suis vidisse Castris. Quod quam exitiosum fuerit, tandem suo didicit malo: cum in conspiratione Filiorum, nullos vel atrociores, vel pertinaciores, quam Episcopos ipsos, fenserit hostes. Hucusque Filefacus.

5. Et tandem notandum est hic etiam id, quod narrat Robertus Guaguinus in vita Ludouici XI. Francorum Regis, & Iacobus Bonaudus in Postillis ad Ioannem de Terra Rubea, contra Rebelles tract. 5. art. 5. post conclus. 18. cum enim Bessica Episcopus Ebroicensis missus esset ad Regem, ut exercitum recognosceret Chabanus Domini Martini Comes, indignatus Sacerdotem ad militare negotium deputari, fallet Episcopum cauillatus est, sic asserens ad Regem Ludouicum: Tu Rex Bellum Episcopum milites vrbano recensere mittis, te oro, mihi indulge, Ebroicas proficisci, vnde Bellua praesul est, ibi ego de Sacerdotibus sacrandis scrutinium faciam, tam enim haec mihi cura, quam Episcopo recognitio militum conuenit. Ita Comes ille Francus, factum Episcopi carpens.

RESOL. LVI.

Defenduntur aliqui Episcopi Hispani, qui ad bellum perrexerunt contra Cardinalem Baronium.

Et quatuor apponuntur casus, in quibus ipsum ius naturale dicitur, quod Clerici pugnare possunt absque Pontificis licentia. Ex part. 10. tract. 2. Ref. 5.

§. 1. **A**bstineam tamen hic impugnat aliquos Hispaniae Episcopos etiam in exercitu militantes; quicquid aliter sentiat (parcat mihi tantus vir) Cardinalis Baronius sub anno 1010. Nam non reprehensione digni; sed magnis decorandi sunt laudibus, cum pugnando mortui sint pro fidei defensione, & Satacenorum extirpatione; ut optime contra Baronium firmat Antonius Yepes, in la Historia de San Benito, tom. 5. cent. 6. año Domini 1010. & D. Benedicti, an. 530. Et idem Castillus Soto maior hos Antistites laudando tom. 7. de Tertius, cap. 9. numer. 48. dixit: [Entonces muchas vezes los Prelados mismos, y personas Ecclesiasticas de mucha consideracion iban à su costa à estas guerras contra los Moros, y los infieles.] Vnde legitur, in pugna illa celebri contra Mauros ad Nabas Tolosa, & victoria obtenta ab Alphonso IX. quam Ecclesia celebrat 16. Iulij, sub nomine Triumphus sanctae Crucis tanquam miraculosam, Ruz Tom. VII.

dericum Toletanum Archiepiscopum, & eius Signiferum, Dominicum Palchatum ibi aduulso, cum focis, ac famulis eiusdem habitus; & professione, ut tam insignes viros decebat: eosque in actuali, conflictu legitime per totum exercitum discursisse tum milites Christianos ad pugnam cohortando, tum propriis manibus pugnando. Quod factum laudat, & defendit Araujo vir doctissimus ex inclyto ordine Dominicanum 2. 1. D. Thoma 9. 40. art. 2. numer. 7. Vnde hic obiter cum Laymano. lib. 2. tract. 3. cap. 12. num. 19. Reginaldo rom. 2. lib. 31. cap. 8. numer. 91. Bassao in Florib. Theolog. mor. verbo bellum numer. 6. & aliis, aliquos casus apponam, quos ipsum ius naturale dicitur, in quibus Clerici pugnare possunt absque Pontificis licentia. Primum, si id necessarium sit ad defensionem propriae vitae. Secundum, si id necessarium sit ad defensionem proximi innocentis praesertim, si Reipub. valde utilis, aut necessarius sit. Tertium, si necessarium sit ad defensionem Patriae, aut ciuitatis contra iniustos inuadentes. Quartum, si necessarium sit ad consecutionem iustae victoriae, ex qua salus Ecclesiae, vel Reip. Christianae multum pender.

2. Ita Doctores communiter: vnde non deseram hic apponere verba Emanuels Rodriguez in Summa tom. 1. cap. 207. numer. 14. vbi sic ait: E siendo la Republica en vna extrema, o grandissima necesidad licito es al Clerigo pelear en guerra defensiva, aun sin licentia del Sumo Pontifice: y assi puden los Clerigos licitamente pelear contra enemigos que tienen cercada vna ciudad, haviendo probabilidad que peleando ellos no se tomara, como lo tiene Gayetano, tanto que estan en este caso obligados à ello, como lo prouena Barez, empero no es licito pelear en la guerra ofensiva, hablando regularmente, solo para efecto de alcanzar victoria. Verdad es que si su ayuda es precisamente necesaria para la alcanzar, y no se alcanzando pelearà la salud de muchos, y la honra, y fama del Principe, el qual quedando vencido pierde su honor, podran en este caso pelear con la licentia presumpcia. Ita ille.

RESOL. LVII.

Contra Gratianum probatur posse Pontificem ex iusta tamen causa praebere licentiam, ut Clerici, Episcopi, & Cardinales praesint Exercitibus; sine qua, quando, & quo pacto irregularitatem incurrant, demonstratur.

Et an in hoc precepto possit solus Summus Pontifex dispensare, ex eo quod non sit diuinum, sed humanum?

Et an si Pontifex absque rationabili causa dispensaret, licet factum teneret, non tamen recte faceret, sed peccaret?

Sed adhuc superest difficultas, an si supradicti Clerici, Episcopi, & Cardinales praesint Exercitibus, non solum peccarent mortaliter, sed incurrerent irregularitatem, etiam si aliquem propria manu occiderent: nam Doctores communiter asserunt praebendo pecuniam, consilium, opem, &c. in bello iniusto omnes effici irregulares?

Et an iura noluerint pugnantes in bello iniusto esse irregulares, nisi propria manu occiderent? Ex part. 10. tr. 2. Ref. 6.

N n §. 1. Prater

Sup. hoc supra in Ref. 5. §. vlt. paulo post initium, & infra in Ref. 60.